ELEGÍA IV

ELEGIA IV

Hic mihi servitium video dominamque paratam:
iam mihi, libertas illa paterna, vale.
Servitium sed triste datur, teneorque catenis,
et numquam misero vincla remittit Amor,
et seu quid merui seu quid peccavimus, urit.
Uror, io, remove, saeva puella, faces.
O ego ne possim tales sentire dolores,
quam mallem in gelidis montibus esse lapis,
stare vel insanis cautes obnoxia ventis,
naufraga quam vasti tunderet unda maris!
Nunc et amara dies et noctis amarior umbra est:
omnia nunc tristi tempora felle madent.

ELEGÍA IV

Veo mi servidumbre y á mi dueño;
¡Adiós por siempre, libertad paterna!
Que á mí me han dado en servidumbre triste,
Que atado me mantienen con cadenas,
Y sus lazos Amor jamás afloja,
Y merézcalo ó no, me abrasa y quema.
Tu llama aleja, niña cruel; me abrasa;
Antes que soportar tales dolores
Piedra fuese mejor en monte helado,
Roca á los vientos y al oleaje expuesta.
Amargos son mis días, y mis noches
Aun más; la hiel amarga mi existencia.

Nec prosunt elegi nec carminis auctor Apollo:
illa cava pretium flagitat usque manu.
Ite procul, Musae, si non prodestis amanti:
non ego vos, ut sint bella canenda, colo,
nec refero solisque vias et qualis, ubi orbem
complevit, versis luna recurrit equis.
Ad dominam faciles aditus per carmina quaero:
ite procul, Musae, si nihil ista valent.
At mihi per caedem et facinus sunt dona paranda,
nec iaceam clausam flebilis ante domum:
aut rapiam suspensa sacris insignia fanis:
sed Venus ante alios est violanda mihi.
Illa malum facinus suadet dominamque rapacem
dat mihi; sacrilegas sentiat illa manus.
O pereat, quicumque legit viridesque smaragdos
et niveam Tyrio murice tingit ovem.
Hic dat avaritiae causas et Coa puellis
vestis et e rubro lucida concha mari.
Haec fecere malas; hinc clavim ianua sensit
et coepit custos liminis esse canis.
Sed pretium si grande feras, custodia victa est,
nec prohibent claves, et canes ipse tacet.
Heu quicumque dedit formam caelestis avarae,
quale bonum multis attulit ille malis!
Hinc fletus rixaeque sonant, haec denique causa
fecit ut infamis nunc deus esset Amor.

Ni mis cantos ni Apolo la seducen;
Oro pide no más con mano abierta.
Si no me protegéis, idos, ¡oh Musas!
Culto no os rindo por cantar las guerras,
Ó de la Luna describir las fases
Ó del Sol en los cielos la carrera;
Vencer quiero á mi dueño con mis cantos.
¡Musas! idos, si al fin no he de vencerla.
Yo el oro he de adquirir aun con el crimen;
Mas débil no he de echarme ante su puerta;
Robaré las ofrendas de los templos,
Mas robaré yo á Venus la primera
Que es justo, ya que el crimen me sugiere
Y que ella dióme tan avara dueña.
¡Muera quien el vellón de rojo tiña,
Quien esmeraldas recogió, perezca!
Que de avaricia femenil son causa,
Cual los trajes de Cos y cual las perlas.
Eso hizo mala á la mujer; por eso
Las llaves puestas fueron en las puertas,
Y el perro fué guardián de los umbrales;
Pero si el oro en abundancia llevas
Conquístase á un guardián, las llaves ceden,
Y el perro mismo á enmudecer se enseña.
El dios ¡ay! que á una avara dió hermosura,
Por un bien, ¡cuántos males produjera!
De allí el llanto y las riñas, y por ello
En un infame dios Amor se trueca.

At tibi, quae pretio victos excludis amantes,
eripiant partas ventus et ignis opes:
quin tua tunc invenes specten incendia laeti,
nec quisquam flammae sedulus addat aquam.
Seu veniet tibi mors, nec erit qui lugeat ullus,
nec qui det maestas munus in exsequias.
At bona quae nec avara fuit, centum licet annos
vixerit, ardentem flebitur ante rogum:
atque aliquis senior veteres veneratus amores
annua constructo serta dabit tumulo
et «bene» discedens dicet «placideque quiescas,
terraque securae sit super ossa levis.»
Vera quidem moneo, sed prosunt quid mihi vera?
illius est nobis lege colendus amor.
Quin etiam sedes iubeat si vendere avitas,
ite sub imperium sub titulumque, lares.
Quidquid habet Circe, quidquid Medea veneni,
quidquid et herbarum Thessala terra gerit,
et quod, ubi indomitis gregibus Venus adfiat amores,
hippomanes cupidae stillat ab inguine equae,
si modo me placido videat Nemesis mea vultu,
mille alias herbas misceat illa, bibam.

Y tú, que arrojas á quien no te paga,
Viento y fuego arrebaten tus riquezas,
Y los jóvenes miren el incendio
Y echar agua á las llamas nadie quiera.
Tú al morir no tendrás ni quien te llore,
Ni han de darte una ofrenda en tus exequias.
Quien buena fué, vivir logre cien años,
Que habrá de ser llorada ante su hoguera.
No faltará un anciano que en su tumba
Una guirnalda anual amante ofrezca
Y al marcharse le diga: «En paz reposa,
La tierra leve á tus cenizas sea.»
Yo cuanto digo es cierto; más ¿qué gano?
Mi amor á ley ajena se sujeta.
Si el techo paternal vender me manda,
De dueño cambiad, Lares, y que os vendan.
Cuanta droga Medea y Circe tienen
Y cuantas hierbas la Tesalia lleva,
El hipomanes que la yegua arroja
Cuando Venus de amor arder le ordena,
Yo he de beber y cuantas hierbas mezcle,
Si Nemesis me mira placentera.

ELEGÍA V

ELEGIA V

Phoebe, fave: novus ingreditur tua templa sacerdos:
huc age cum cithara carminibusque veni.
Nunc te vocales impellere pollice chordas,
nunc precor ad laudes flectere verba novas.
Ipse triumphali devinctus tempora lauro,
dum cumulant aras, ad tua sacra veni.
Sed nitidus pulcherque veni; nunc indue vestem
sepositam, longas nunc bene pecte comas,
qualem te memorant Saturno rege fugato
victori laudes concinuisse Iovi.
Tu procul eventura vides, tibi deditus augur
scit bene quid fati provida cantet avis,

ELEGÍA V

Un nuevo sacerdote entra en tu templo;
Ven, Febo, con tus cantos y tu lira;
Hacer vibrar, ofréceme, sus cuerdas
Y unir tu voz á la alabanza mía.
Los dones colman el altar, ven pronto,
Ya del lauro triunfal la sien ceñida.
Y hermoso ven; peinados los cabellos,
Con tu traje el mejor, cual te velas
Cuando ya derrotado el rey Saturno
De Jove el triunfo celebraste un día.
Tú ves lo porvenir; tu augur los hados
Por las próvidas aves adivina;

tuque regis sortes, per te praesentit aruspex,
lubrica signavit cum deus exta notis:
te duce Romanos nunıquam frustrata Sibylla,
abdita quae senis fata canit pedibus.
Phoebe, sacras Messalinum sine tangere chartas
vatis, et ipse precor quid canat illa doce.
Haec dedit Aeneae sortes, postquam ille parentem
dicitur et raptos sustinuisse Lares:
nec fore credebat Romam, cum maestus ab alto
Ilion ardentes respiceretque deos.
Romulus aeternae nondum formaverat urbis
moenia, consorti non habitanda Remo,
sed tunc pascebant herbosa Palatia vaccae
et stabant humiles in Iovis arce casae.
Lacte madens illic suberat Pan ilicis umbrae
et facta agresti lignea falce Pales,
pendebatque vagi pastoris in arbore votum,
garrula silvestri fistula sacra deo.
Fistula, cui semper decrescit arundinis ordo:
nam calamus cera iungitur usque minor.
At qua Velabri regio patet, ire solebat
exiguus pulsa per vada lintor aqua.
Illa saepe gregis diti placitura magistro
ad iuvenem festa est vecta puella die,
cum qua fecundi redierunt munera ruris,
caseus et niveae candidus agnus ovis.

Tú diriges las suertes y el arúspice
Ve todo en las entrañas de las víctimas.
Por tu favor, ¡oh Febo! á los Romanos
Jamás engañar pudo la Sibila.
Tocar sus libros deja á Mesalino
Y á él, te lo ruego, lo que canta explica;
Que ella su suerte le predijo á Eneas
Cuando de Troya con su padre huía;
Cuando á Ilión y á sus dioses vió incendiados,
De Roma el porvenir no se imagina:
Rómulo la ciudad aun no fundaba
Que nunca Remo de habitar habría;
La grey pastaba el Palatino y chozas
En el templo de Jove se veían;
Junto á una tosca Pales de madera,
Pan á la sombra grata de una encina
Se abrigaba, de leche humedecido,
Y la gárrula flauta que ofrecida
Fué por pastor errante al dios Silvano,
Colgada de los árboles pendía,
La flauta cuyas cañas desiguales
De mayor á menor la cera liga.
Exiguo barco atravesaba el agua
Do hoy del Velabro la región se mira,
Y por ser grata al dueño del rebaño
Era en él para su hijo conducida
Tierna niña á quien daban al volverse
Quesos y un recental de oveja nívea.

«Impiger Aenea, volitantis frater Amoris,
Troica qui profugis sacra vehis ratibus,
iam tibi Laurentes adsignat Iuppiter agros,
iam vocat errantes hospita terra Lares.
Illic sanctus eris, cum te veneranda Numici
unda deum caelo miserit indigetem.
Ecce super fessas volitat Victoria puppes;
tandem ad Troianos diva superba venit.
Ecce mihi lucent Rutulis incendia castris:
iam tibi praedico, barbare Turne, necem.
Ante oculos Laurens castrum murusque Lavini est
Albaque ab Ascanio condita longa duce.
Te quoque iam video, Marti placitura sacerdos
Ilia, Vestales deseruisse focos,
concubitusque tuos furtim vittasque iacentes
et cupidi ad ripas arma relicta dei.
Carpite nunc, tauri, de septem montibus herbas,
dum licet: hic magnae iam locus urbis erit.
Roma, tuum nomen terris fatale regendis,
qua sua de caelo prospicit arva Ceres,
quaque patent ortus et qua fluitantibus undis
Solis anhelantes abluit amnis equos.
Troia quidem tunc se mirabitur et sibi dicet
vos bene tam longa consuluisse via.
Vera cano: sic usque sacras innoxia laurus
vescar, et aeternum sit mihi virginitas.»
Haec cecinit vates et te sibi, Phoebe, vocavit,
iactavit fusas et caput ante comas.

«Valiente Eneas, que al huir de Troya
Te llevas sus Penates, ya te asigna
Á ti Jove los campos de Laurento.
Y ellos abrigo á tus Penates brindan,
Y allí serás un dios cuando á los cielos
Te lleve del Numicio la onda fría.
Sobre tus buques la Victoria vuela,
Mientra una diosa á los de Troya auxilia.
De los Rútulos arde el campamento:
Ya, Turno cruel, tu muerte se aproxima;
Veo á Laurento, de Lavinio el muro,
Por Ascanio Albalonga construída,
Y á ti que abandonaste á las Vestales
Por serle grata á Marte, tierna Ilia,
Tu oculta unión, tu cinto por el suelo,
Y del Amor las armas en la orilla.
¡Oh toros! mientras Roma se construye,
Paced, la verde hierba en sus colinas;
Fatal tu nombre, ¡oh Roma! será al mundo
Dondequiera que campos Ceres mira,
Desde Oriente hasta el río en cuyas ondas
Hunde el sol ya cansada su cuadriga.
Troya volverá á verse y de tus viajes
Habrá de consolarse con tu dicha.
Yo canto la verdad; laurel me nutra;
Nunca mi castidad mire perdida.»
Esto, ¡oh Febo! agitando sus cabellos
Al llamarte cantó la Profetiza.

Quidquid Amalthea, quidquid Marpesia dixit
Herophile, Phyto Graia quod admonuit,
quasque Aniena sacras Tiburs per flumina sortes
portarit sicco pertuleritque sinu.
Hae fore dixerunt belli mala signa cometen,
multus ut in terras deplueretque lapis:
atque tubas atque arma ferunt strepitantia caelo
audita et lucos praecinuisse fugam:
ipsum etiam Solem defectum lumine vidit
iungere pallentes nubilus annus equos
et simulacra deum lacrimas fudisse tepentes
fataque vocales praemonuisse boves.
Haec fuerant olim: sed tua iam mitis, Apollo,
prodigia indomitis merge sub aequoribus,
et succensa sacris crepitet bene laurea flammis,
omine quo felix et sacer annus erit.
Laurus ubi bona signa dedit, gaudete coloni:
distendet spicis horrea plena Ceres,
oblitus et musto feriet pede rusticus uvas,
dolia dum magni deficiantque lacus;
ac madidus Baccho sua festa Palilia pastor
concinet: a stabulis tunc procul este lupi.
Ille levis stipulae solemnis potus acervos
accendent, flammas transilietque sacras.
Et fetus matrona dabit, natusque parenti

También, ¡oh Febo! enseña á Mesalino
Cuanto dijo Amaltea ó Herofila,
Cuanto en los libros, que Tiburs llevara
Sin mojar en el río, se decía.
Todas lluvias de piedras anunciaron,
Un cometa que guerras profetiza,
Ruido de armas y trompas en el cielo
Y en los bosques rumores de desdichas;
Al sol miróse de su luz privado
Un año uncir su pálida cuadriga,
Llorar á las estatuas de los dioses,
Y á los toros decir las profecías.
Esto fué en otro tiempo; ahora Apolo
Hunde el mal bajo la onda embravecida;
Que arda el laurel en las sagradas llamas
Y presagie un buen año si crepita.
Si las señales del laurel son buenas,
Gozaos, labradores; las espigas
Llenarán los graneros, y á las uvas
Que con los pies el labrador oprima,
Harán falta lagares y toneles.
Ebrio el pastor de vino, sus Palilias
Habrá de celebrar. De los establos
Estad lejos, ¡oh lobos! esos días.
Leve paja en montón, solemnemente
Encenderá el labriego y por encima
Saltará de las llamas; la matrona
Un hijo le dará lleno de dicha

oscula comprensis auribus eripiet,
nec taedebit avum parvo advigilare nepoti
balbaque cum puero dicere verba senem.
Tunc operata deo pubes discumbet in herba,
arboris antiquae qua levis umbra cadit,
aut e veste sua tendent umbracula sertis
vincta, coronatus stabit et ipse calix.
At sibi quisque dapes et festas exstruet alte
caespitibus mensas caespitibusque torum.
Ingeret hic potus iuvenis maledicta puellae,
postmodo quae votis irrita facta velit:
nam ferus ille suae plorabit sobrius idem
et se iurabit mente fuisse mala.
Pace tua pereant arcus pereantque sagittae,
Phoebe, modo in terris erret inermis Amor.
Ars bona: sed postquam sumpsit sibi tela Cupido,
heu heu quam multis ars dedit ista malum!
Et mihi praecipue. Iaceo cum saucius annum
et faveo morbo, cum iuvat ipse dolor,
usque cano Nemesim, sine qua versus mihi nullus
verba potest iustos aut reperire pedes.
At tu, nam divum servat tutela poetas,
praemoneo, vati parce, puella, sacro;
ut Messalinum celebrem, cum praemia belli

Y el niño al padre asiendo por la oreja
Le robará sus besos y caricias.
Y sobre el nieto velará el abuelo
Y en el hogar resonarán unidas
Su balbuciente voz y la del niño.
El sacrificio al concluír, festiva
La juventud reposará en la grama
De árboles viejos á la sombra amiga,
Ó bajo tiendas con las ropas hechas,
Y las copas de flores circuídas.
Y lecho y mesas alzarán con césped
Para gozar de la frugal comida.
El joven ebrio injuriará á su amada,
Pero después de las palabras dichas
Habrá de arrepentirse, cuando sobrio,
La culpa echando á su razón perdida.
¡Febo! mueran las flechas y los arcos;
Que ande inerme el Amor; pues desde el día
En que las flechas empleó Cupido
¡Ay! causa son tan sólo de desdichas.
Para mí sobre todo. Un año enfermo
He estado yo gozándome en mis cuitas.
Sólo canto á Nemesis, pues sin ella
Tema falta á mis versos y medida.
Como están de los dioses al amparo
Los poetas, salva á tu vate, niña,
Para que yo celebre á Mesalino
Cuando el laurel ciñendo y las vencidas

ante suos currus oppida victa feret,
ipse gerens lauros: lauro devinctus agresti
miles «io» magna voce «triumphe» canet.
Tunc Mesalla meus pia det spectacula turbae
et plaudat curru praetereunte pater.
Adnue; sic tibi sint intonsi, Phoebe, capilli,
sic tua perpetuo sit tibi casta soror.

Ciudades llevando ante su carro,
Del «triunfo» goce en premio á sus conquistas.
Grato al pueblo será ver á Mesala
Ante el carro aplaudir. Colma mi dicha.
Y oh, ¡Febo! intonsos tus cabellos sean,
Tu hermana casta para siempre viva.

ELEGÍA VI

ELEGIA VI

Castra Macer sequitur: tenero quid fiet Amori?
sit comes et collo fortiter arma gerat?
Et seu longa virum terrae via seu vaga ducent
aequora, cum telis ad latus ire volet?
Ure, puer, quaeso, tua qui ferus otia liquit,
atque iterum erronem sub tua signa voca.
Quod si militibus parces, erit hic quoque miles,
ipse levem galea qui sibi portet aquam.
Castra peto, valeatque Venus valeantque puellae:
et mihi sunt vires, et mihi facta tuba est.
Magna loquor, sed magnifice mihi magna locuto
excutiunt clausae fortia verba fores.

ELEGÍA VI

¿Qué hará el Amor? Mácer á pelear fuese;
¿Irá con él? ¿le llevará sus armas?
¿Él por tierra y por mar irá á su lado
Conduciendo sus flechas á la espalda?
Al que, Amor, te dejó, quema en tu fuego;
Al desertor bajo tu enseña llama.
Si al soldado amas tú, me haré soldado;
Yo llevaré dentro mi casco el agua.
Venus, niñas, adiós: voyme á la guerra,
Yo soy hombre y la trompa me arrebata.
Mucho hablo yo y ante su puerta siempre
Cuando yo hablo se estrellan mis palabras.

Iuravi quotiens rediturum ad limina numquam!
cum bene iuravi, pes tamen ipse redit.
Acer Amor, fractas utinam tua tela sagittas,
si licet, exstinctas aspiciamque faces!
Tu miserum torques, tu me mihi dira precari
cogis et insana mente nefanda loqui.
Iam mala finissem leto; sed credula vitam
spes fovet et fore cras semper ait melius.
Spes alit agricolas, spes sulcis credit aratis
semina, quae magno fenore reddat ager:
haec laqueo volucres, haec captat arundine pisces,
cum tenues hamos abdidit ante cibus:
spes etiam valida solatur compede vinctum;
crura sonant ferro; sed canit inter opus:
spes facilem Nemesim spondet mihi; sed negat illa.
Ei mihi, ne vincas, dura puella, deam.
Parce, per immatura tuae precor ossa sororis;
sic bene sub tenera parva quiescat humo.
Illa mihi sancta est, illius dona sepulcro
et madefacta meis serta feram lacrimis,
illius ad tumulum fugiam supplexque sedebo
et mea cum muto fata querar cinere.

¡Cuánto juré á su umbral no tornar nunca!
Y allí empero mis pasos me llevaban.
¡Cruel Amor! ojalá rotas tus flechas
Ver pueda y tus antorchas apagadas.
Tú atormentas á un mísero y me obligas
Á maldecirme con la mente insana;
Mas cuando morir quiero, me asegura
Tiempo mejor mi crédula esperanza.
La esperanza alimenta á los labriegos:
Ella en los surcos la semilla guarda
Que el campo con usura les devuelve;
Ella á las aves voladoras laza,
Ella coge á los peces, cuando esconde
Tras el cebo el anzuelo, con la caña,
Y ella consuela al infeliz esclavo
Que aun con hierros al pie su pena canta.
Muestra á Nemesis mi esperanza, fácil;
Mas Nemesis me prueba que me engaña.
Perdóname, Nemesis; te lo pido
Por los tempranos huesos de tu hermana,
Y así ella duerma en paz bajo la tierra.
Ella, lo sabes, para mí es sagrada:
Yo ofrendas llevaréle á su sepulcro,
Guirnaldas con mis lágrimas regadas;
Y allí, junto á ella, á sus cenizas mudas
Yo me habré de quejar de mis desgracias,

Non feret usque suum te propter flere clientem:
illius ut verbis, sis mihi lenta, veto,
ne tibi neglecti mittant mala somnia manes,
maestaque sopitae stet soror ante torum,
qualis ab excelsa praeceps delapsa fenestra
venit ad infernos sanguinolenta lacus.
Desino, ne dominae luctus renoventur acerbi:
non ego sum tanti, ploret ut illa semel.
Nec lacrimis oculos digna est foedare loquaces:
lena nocet nobis, ipsa puella bona est.
Lena necat miserum Phryne furtimque tabellas
occulto portans itque reditque sinu:
saepe, ego cum dominae dulces a limine duro
agnosco voces, haec negat esse domi:
saepe, ubi nox promissa mihi est, languere puellam
nuntiat aut aliquas extimuisse minas.
Tunc morior curis, tunc mens mihi perdita fingit,
quisve meam teneat, quot teneatve modis:
tunc tibi, lena, precor diras: satis anxia vivas,
moverit e votis pars quotacumque deos.

Que ella no ha de sufrir, que quien la implore
Llanto eterno derrame por tu causa.
Mas si ella habla, Nemesis, sé clemente;
Que tendrás malos sueños y á tu hermana
Verás junto á tu lecho, como cuando
Cayó de la ventana ensangrentada.
Basta; no quiero remover su duelo,
Que yo digno no soy de que sus lágrimas
Manchar pudieran sus locuaces ojos.
Ella es buena; Frinea es quien me daña.
Frinea es quien me mata cuando lleva
Ocultas en su seno algunas cartas.
Cuando yo, en el umbral, de mi Nemesis
Oigo la voz, niega que esté en su casa;
Si la noche me ha sido prometida,
Me anuncia que algo teme ó que está mala.
De celos muero entonce y me imagino
Quién y cómo disfruta de mi amada.
Yo entonces te maldigo; si los dioses
Oyen mis votos vivirás con ansias.